

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

11. Sicut peccant, qui sibi talia Idola humana eligunt, in quibus confidant: ita peccant & hi, qui se omnibus eiusmodi cultoribus patronos promittunt fore constans & patiuntur sic se coli & venerari tanquam Diuos, spem facientes amplissimam suis illis clientulis. Stulti sunt hi & impii. Non cogitant se mortales. Non fortuna volubilem scilicet, quod ipsi etiam possint deturbari. Sic saepius seipso & suas creaturas perdunt.

Exemplo est poteſt ille Haman, Eſth. 3. v. 2. & 5. v. 11. & 7. v. 10. Abner multa pollicetur Dauidi, at mox interficiatur, 2. Sam. 3. Sapiens & pius non audet maiora virtibus, Proi. 11. v. 7. & 12. v. 5. & 25. v. 13.

F I N I S.

## T H E M A LXXVI.

Proverbi. 11. v. 4.

*Diuinitate non proderunt in die ira, &c.*

Dispositionem huius Thematis, vide supra in parte I.  
Promptuarium, Classis I X. Num. X V I I pag. 810.

## T H E M A LXXVII.

Proverbi. 14. v. 27.

*Timor Domini fons vita, ad recessendum à lequeſis mortis.*

## D I S P O S I T I O.

Si scirent homines, in loco quodam ab hinc remotissimo, scaturire terrām fonte aliquo, ex quo bibentes vitam possent in multis annos producere, & vim mortis auertere, boae Deus, quantus foret ad fontem illum concursus, diuitiae & pauperum, iuniorum & seniorum, utriusque sexus hominum. Et meritis est, ne pauperes à fonte illo arcerentur à magnatibus, nobilibus, diuitiis, qui exclusis ceteris aquas illas sibi eupererent seruare. Atqui Salomon hoc loco monstrat talem fontem

THEM  
mea  
co  
ta  
ad  
ob  
et  
vis  
Decim  
quale  
fons  
mo  
pe  
lue

Defectio  
hie  
& tristitia  
minde  
sciam  
quam  
mag  
Vide quanto  
17. Commenc  
petat a laco

Et sequi  
preferre  
woſſ) de  
V. P. fal  
10. de fo  
ſalvus dic  
fontibus  
in ritam  
la / crea  
gues aut fo  
rude

Dicitur  
tem primo D  
tas, que De  
memor v. D  
cavatissime  
Malach. 1. v. 6

Timore  
pace et rabi  
spili

tem virę qui contra laqueos mortis prodest. Et pater adi-  
tus omnibus ad hūc fontem, tam pauperibus, quam divi-  
tibus qui etiam in propinquuo est. Huc huc itaque accur-  
ramus, ut viuamus perpetuo.

Dicendum itaque nobis in præsenti funere, 1. Quis vel  
qualis hic fons. 2. Et quomodo fons viræ dicatur, atque a  
morte præseruet. Et quis huius hoc ius.

### I. Pars.

De fonte hic nobis sermo est. Fontes enim scaturiunt:  
& ex scaturiginibus oriuntur. [Ideo perinde est, siue dic-  
mus de scaturigine siue de fonte] Et sunt quidem fontes  
a quarum magnum Dei donum, præsertim in locis aridis.  
Vide quanto labore Iacobus effoderit fontes. Gen. 26. v.  
17. Commendat fontem Samaritanam, Ioh. 4. quem acce-  
perint à Iacobo.

Et sèpius quidem in scriptura fit mentio fontium:  
præsertim ubi metaphorice accipiuntur (Gleichnüs-  
se) de variis spiritualibus rebus: & pro maximis bonis.  
Ut Psalm. 36. v. 10. Apud te viua scaturi go. Psalm 65. vers.  
10. de fontibus Dei sermo est. Esa. 12. vers. 3. de fontibus  
salutis dicitur. Et Iocel. 3. v. 18. Ioh. 4. vers. 10. & 7. v. 37. de  
fontibus sermo est, qui habeant aquam viuam salientem  
in vitam æternam.

Ita sciendum hoc loco, non esse sermonem de scaturi-  
gine aut fonte aquæ communis aut naturalis: sed spiri-  
tualis.

Dicitur enim talis scaturigo esse *timor Domini*. Est au-  
tem timor Domini nihil aliud, quam cultus Dei & pie-  
tas, qua Deum colimus, quem diligimus & patrem, & ti-  
memus ut Dominum: adeoque sic ipsum honoramus. ut  
caueamus ne offendatur a nobis peccatis. Sic enim decet,  
Malach. 1. v. 6.

Timorem Dei autem pro toto cultu Dei accipi,  
patet ex verbis Iona cap. 1. versu nono. Timeo Deum  
cœli,

2. Reg

2. Reg. 17. v. 28. Docebat eos Sacerdos, quomodo debeant timere Dominum, hoc est, quomodo ipsum colere debeant. Hinc Psal 43. v. 12. Venite filii, auscultate, Ego docebo vos timorem Domini.

Ibidem. vers. 10. Timete Dominum omnes sancti eius, Non est defectus timentibus eum.

Psalm. 19. vers. 10. Timor Domini mundus, permanens, &c.

### III. Pars.

Habemus scaturiginem & inuenimus fontem, scilicet timorem Domini. De hoc porro Salomon, Timor Domini, fons sive scaturigo (quod idem est) vita. Ex hoc fonte promanaat vera aqua vitae. Quid vult, explicat per sententia: Sic recedi, ait, à laqueis mortis. Hoc vult uno verbo: Quod timens Dominum habeat spem vitae, & immunitis sit a morte. At, inquis, Longe erat Salomon, meo iudicio, cum etiam timentes Dominum moriantur. Num quid enim de Josepho scriptura afferit, quod fuerit timens Deum, Gen. 42. v. 19. De Obadie, 1. Reg. 18. v. 12. Et 2. Reg. 4. v. 1. de quodam dicitur, quod timuerit Deum. Et mortuus est ille ipse tum. Hiob rectus erat & timens Deum, Hiob. 1. & 2. Actor. 10. v. 2. Cornelius erat timens Deum.

Nunquid hi tamen omnes mortui sunt? Quomodo ergo dicitur timor Domini fons vite?

Respond. Duplex est vita: & duplex est mors. Corporalis & æterna: vel naturalis & spiritualis. De corporali vita vel morte non est sermo hoc loco: Sed de vita spirituali & æterna. Hoc modo timentes Deum etiam mortui viuunt coram Deo. Non sunt vere mortui, (nihil enim mors secunda, Apocal. 21. v. 8. vel æterna iuris in illos habet.) Sed obdormierunt cum Christo, 1. Thessal. 4. v. 14. & cum ipso viuunt.

Timentes itaque Dominum viuent perpetuo, post hanc vitam corpore & anima.

Quam,

Quamvis enim Satan, tanquam venator, multos illis ponat laqueos, quibus irretire ipsos & in peccata coni-  
cere tentat, ut perdere possit: tamen, quia Deum timent,  
à peccatis cauent, & illos laqueos effungunt.

Beati ergo qui timent Dominum, Psal. 148. v. 1. & 112.  
v. 1. & 103. v. II. 13. & 17. Psal. 145. v. 19. & Psal. 147. v. II.

Omnibus malis subtrahitur timens Dominum, teste Eccl. 7. v. 19. & 8. v. 12. & Syr. 33. v. I in Latin. Vide Syr. 34.  
v. 16. & sequentibus. Maior non potest dici aut excogita-  
ri felicitas, quam qua est timentium Dominum.

Possimus etiam dicere de hoc, quod timor Domini,  
pietas scilicet, huius virtutum promissiones habet: & timenti-  
bus Deum; vita prolongatur etiam in his terris: si Domi-  
nus intelligat, hoc esse è re Ecclesiæ, Recipibl. & ipsorum  
etiam, &c. i. Tim. 4. v. 8.

## V S V S.

I. Qui volunt esse felices, & longæui & in æternum  
cum Deo vivere, dent operam, ut sint timentes Domi-  
num.

1. Timor enim Domini prohibet & præcauet pecca-  
ta, Syr. I. v. 27. Obstetrics Ægyptiæ non peccant, quia ti-  
ment Dominum, Exod. I. v. 17.

2. Timor Domini sapientiæ initium, & docebit quo-  
modo debeant ambulare, ut placeant Deo, Syr. I. v. 16. &  
18. & 24.

3. Et vere fons virtutum, quia timentibus Dominum be-  
ne erit in ipso mortis agone, Syr. I. v. 13. & 19. Ofelicita-  
tem. Hæc est ars artium. Die Kunst die für den Tode que-  
rit. Est autem timor filialis, Rom. 8. v. 15. Oritur ex verbo  
Dei, Syr. 15. v. 1.

II. Qui hic videntur felices & securi, eo quod nemini  
nem timeant, sicut ille iudex, Luc. 18. v. 2. & illi, de quibus  
Psal. 36. v. 2. omnia hominum sunt miserimi & infelici-  
simi: quia æterna morte perituri. Cogentur timere Diabo-  
lum, qui Deum noluerunt timere. Ostulticiam, Sap. 5.

F I N I S.

T H E.